lit. 6. d. 42 8 Concedenda est sepultura in nostris ecclesiis
iis qui collegiorum nostrorum fundatores extiterunt
vel fundationes inierunt. Principibus etiam, et
prelatis qui id voluerint. Aliis autem personis
etiam bene meritis non est id sine facultate
prepositi Generalis concedendum, quicumque
tamen illi fuerint non videntur ea officia precis pu-
blice dicenda, quae pro nostris fratribus defunctis di-
cere solemus, et observetur nec unquam pre iudicium
fiat in huiusmodi sepulturis, et ut nullus nostrorum
sponte se offerat ad eam licenciam petendam, et ne
ius sepulturae posteri eorum qui ibidem sepeliuntur
acquirant.